Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 111

[S.l.], [1. Drittel des 9. Jh.]

Sündenverzeichnis mit Glossar: exhortationem ducum et ullatum exercitus

urn:nbn:de:bsz:31-18963

Visual Library

Exhortationem ducū et ullarū
exercitus

Temptantia quippe uitia que inui
sibili contra nos proelio regnanti
sup se sup biæ militant. alia more
ducum preeunt. alia more exer
citus subsequuntur; Neq; enim
culpe omnes pari accessu cor oc
cupant. Sed dum maiores & pauci
neglectam mentē preueniunt.
minores & innumere ad illā sese ca
teruatim fundunt. Ipsa namq;
uitiorum regina sup bia cū deuictū
plene cor coeperit. mox illud septē
principalib; uitiis quasi quibusdam
suis ducibus deuastandū tradit.
quos uidelic& duces exercitus sequi
tur. quia ex eis p cul dubio inportune
uitiorum multitudines oriuntur;
quod melius ostendimus si ipsos du
ces atq; exercitum specialitē ut pos
sumus enumerando pferamus.
Radix quippe cuncti mali sup bia est.
De qua scriptura attestante dicitur.
Initium omnis peccati superbia.
Prime aū eius soboles septē nimirū
pncipalia uitia de hac uirulenta
radice proferuntur. scilic&.

Inanis gloria.	· Ital gelp.
Inuidia	. abunst
Ira.	abulgi.
Tristitia	unfreuuida.
Auaritia	scaz girida.
Uentris ingluuies.	helagirida.
Luxaria	firinlust.

Nam quia his septem sup biæ uitiis
nos captos doluit. Idcirco redemp
tor nost ad spiritalis liberationis
proeliū spū septiformis gratiæ
plenus uenit. sed habent contra
nos hęc singula exercitum suum
Nam de inani gloria.

INOBEDIENTIA.	unhorsami
IACTANTIA.	hruom.
hypocrisis.	Liha.
CONTENTIONES	. bag
PERTINATIAE	krez.
DISCORDIAE.	unzezunft.

Et nouitatum p̄sumptiones oriunt.

DE INUIDIA

ODIUM.	haz.
Susurratio	keflor.
DETRACTIO.	bispráhi.
Exultatio in aduersis pximi.	mendislo.
Afflictio aū in psperis nascit.	uuegislo

DE IRA

RIXE ·	STRIT
Tumor mentis.	hohmuati.
Contumeliæ	harm.
Clamor.	gehrafti.
INDIGNATIO.	unuuirdi
Blasphemiæ pferunt.	meinspraha.

DE TRISTICIA

MALITIA	ubili
RANCOR	gersti.
pusillanimitas.	uuehmot
Disperatio.	uruuani
Torpor circa pcep ta	tragi.

uagatio mentis erga inlicita
nascitur · muat scahi ·

DE AUARITIA · nissi ·

PRODITIO · meldunga siue forradan
FRAUS · bisuuih ·
fallatia · gedreog
periuria · meinetti ·
Inquietudo · unstilli ·
uiolentiae · not nunft ·
Et contra misericordiā obdura
tionis cordis oriuntur ·

DE UENTRIS INGLUUIAE ·

Ineptalaeticia · unsitilih freuuida ·
Scurilitas · unhurki sern ·
Inmunditia · unreinida ·
multiloquiū · filosprachi ·
Ebitudo sensus circa intellegen
tiā ꝑpagatꝰ · muatflewi siue dabi ·

DE LUXURIA

cecitas mentis · muatplinti ·
Inconsideratio · ungeuuerida ·
Inconstantia · unstatahafti ·
precipitatio · unmez cahi ·
Amor sui · selber minna ·
ODIUM DĪ · haz cotes ·
Affectus p̄sentis sc̄li · gero ·
horror aū · ut desperatio futuri
generatur · egiso ·
Quia ergo septem principalia uitia
tantā de se uitiorum multitudi
nē ꝓferunt · cum ad cor ueniunt
quasi subsequentis exercitus ca
teruas trahunt; Ex quibus
uidelicet septem · quinq; spiritalia
duoq; carnalia sunt · sed unum
quodq; eorū tanta sibi cognati
one iungitur · ut non nisi unū
de altero ꝓferatur ·
Prima nam q; superbiae sobolis
inanis ē gloria · quae dū oppressā
mentē corruperit mox inuidiā
gignit; Quia nimirum dum
uani nominis potentiam appetit ·
nequis hanc alius adipisci ualeat
tabescit; Inuidia quoq; irā generat ·
Quia quanto interno liuoris uul
nere animus sauciatur · tanto etiā
mansuetudo tranquillitatis amit
titur · et quia quasi dolens membrū
tangitur · Idcirco opposite ac
tionis manus uelut grauius
pressa sentitur;
Ex ira quoq; tristitia oritur ·
Quia turbata mens quo inordinate
se concutit eo addicendo confundit;
Et cum dulcedinē tranquillitatis
amiserit · Nichil hanc nisi ex per
turbatione subsequens meror pascit;
Tristitia quoq; ad auaritiā deriuatꝰ
Quia dum confusū cor bonū laetitiae
intus amiserit · unde consolari
debeat foras quaerit · Et tanto
magis exteriora bona adipisci
desiderat quanto gaudiū non ha
bet ad quod intrinsecus recurrat;
Post haec uero duo carnalia uitia

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

id est uentris ingluuies et luxuria supersunt. Sed cunctis liquet quod de uentris ingluuie luxuria nascitur. Dum in ipsa distributione membrorum uentri genitalia submixta uideantur. Unde dum unum inordinate reficitur aliud procul dubio ad contumelias excitatur.

Bene autem duces exhortari dicti sunt exercitus ululatus quia prima uitia deceptae menti quasi sub quadam ratione se inserunt. Sed innumera quae sequuntur. Dum hanc ad omnem insaniam pertrahunt quasi bestiali clamore confundunt.

INANIS NAMQUE GLORIA deuictum cor quasi ex ratione solet exortari cum dicit; Debes maiora appetere ut quo potestate ualueris multos excedere eo etiam ualeas et pluribus prodesse.

INUIDIA QUOQUE DEUICTUM COR quasi ex ratione solet exortari cum dicit. In quo illo uel illo minor es. Cur ergo eis ut aequalis ut superior non es. Quanta uales quae ipsi non ualent. Non ergo tibi aut superiores esse aut etiam aequales debent.

IRA ETIAM DEUICTUM COR quasi ex ratione solet exortari cum dicit. Quae erga te aguntur aequanimiter ferri non possunt. Haec immo patienter tolerare peccatum est. Quia et si non eis cum magna exasperatione resistitur contra te deinceps sine mensura cumulantur.

TRISTITIA QUOQUE DEUICTUM COR quasi ex ratione solet exortari cum dicit; Quid habes unde gaudeas. Cum tanta mala de proximis portas. Perpende cum quo merore omnes intuendi sunt. Qui in tanto contra te amaritudine felle uertuntur.

AUARITIA QUOQUE DEUICTAM MENTEM quasi ex ratione solet exortari cum dicit. Valde sine culpa est quod quaedam habenda concupiscis quia non multiplicari appetis. sed egere pertimescis. Et quod male alius retinet ipse melius expendis; UENTRIS QUOQUE INGLUUIES deuictum cor quasi ex ratione solet exortari cum dicit. Ad esum deus munda omnia condidit et qui satiari cibo respuit quid aliud quam muneri concesso contradicit.

LUXURIA QUOQUE DEUICTUM COR quasi ex ratione solet exortari cum dicit. Cur te in uoluptate tua modo non dilatas cum quid te sequatur ignoras. Acceptum tempus in desideriis perdere non debes. quia quam citius pertranseat nescis; Si enim misceri deus hominem in uoluptate coitus nollet in ipso humani generis exordio masculum et feminam non fecisset.

Haec est ducum exortatio quae dum

BIBLIOTHEK CARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg